

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Sacerdos ae  
cum fontibus proximo et primis

*Manipulus florum*, Sacerdos ae :

Si talem michi aliquem adducas monachum qualis,  
ut secundum exaggerationem dicam, Elyas fuit,

non tamen illi comparandus est qui traditus populis  
et multorum peccata ferre compulsus immobilis perseuerat  
et fortis.

Si quis autem bene administrato sacerdotio illius propositi,  
scilicet monachalis,  
sudores conferat, tantum eos distare reperiet,  
quantum inter priuatum distat et regem.

Crisostomus in suo dialogo.

Fons proximus:

Dicit enim Chrysostomus, in suo *Dialogo*:  
*Si talem mihi aliquem adducas monachum qualis,  
ut secundum exaggerationem dicam, Elias fuit,*

*non tamen illi comparandus est qui, traditus populis  
et multorum peccata ferre compulsus, immobilis perseuerat  
et fortis.*

Et parum post dicit: *Si quis mihi proponeret optionem ubi mallet  
placere, in officio sacerdotali an in solitudine monachorum: sine  
comparatione eligerem illud quod prius dixi.* Et in eodem libro  
dicit:

← *Si quis bene administrato sacerdotio illius propositi,  
scilicet monachalis,  
sudores conferat, tantum eos distare reperiet  
quantum inter priuatum distat et regem.*

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*,  
184.8.1 (P. Caramello ed., p.803).

Fontes primi:

Ita ergo et nunc  
*mihi si talem aliquem adducas monachum, qualis  
(ut secundum exaggerationem dicam) Helias fuit,*  
tamen quamdiu solus est, si non perturbatur, neque grauitur  
peccat: quippe qui non habet quibus stimuletur, atque exasperetur,  
*non tamen comparandus est ei qui traditur populis:  
et peccata multorum ferre compulsus immobilis perseuerat,  
et fortis* qui sicut in tranquillitate, ita etiam in tempestate....

Iohannes Chrysostomus, *Libri VI. dialogorum de dignitate  
sacerdotali*, 6.7 (Basel, 1522, tome 5, p.152).

Porro  
*si quis bene amministrato sacerdotio illius propositi*

*sudores conferat, tantum eos distare reperiet,  
quantum inter priuatum distat, et regem.*

Iohannes Chrysostomus, *Libri VI. dialogorum de dignitate  
sacerdotali*, 6.6 (Basel, 1522, tome 5, p.151).

→ *Si quis bene administrato sacerdotio illius propositi,  
scilicet monachalis,  
sudores conferat, tantum eos distare reperiet  
quantum inter priuatum distat et regem.*

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*,  
184.8.1 (P. Caramello ed., p.803).